



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Simone Mago. Cap. XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

pax tibi, inquit, & osculatus est eum, & ira ambo capite plexi sunt. Sed adest continuo vindex dei dextera in præfatum Herodem.

DE VINDICTA DEI IN HE-

rodem, Iosephus. Cap. XVIII.

NAm cum post modum apud Cæsaream in honorem Cæsaris spectacula faceret, arrogantissime indutus veste mirabiliter auro & argento contexta, à populis stupentibus ex metalli radiantis fulgore, deus subito appellatur, atque ut fiat propiti- us exoratur. Sed quia appellationem & factum non repressit, mox percussus ab angelo, & incredibili dolore ventris & inflatione correptus, respiciens ad amicos: En ego, inquit, deus vester, ecce percellor confestim, & detrahor è vita.

LVCAS IN ACTIBVS APO-

stolorum. Cap. XIX.

DEinde scaturiens vermibus, expirauit, agens septimum regni sui annum, quatuor sub Caligula, tres reliquos sub Claudio.

DE SIMONE MAGO.

Caput XX.

SVb hoc tempore quidam Simon Samaritanus, caput totius prauitatis, & principium totius heresis, sub Claudio Cæsare magicis artibus, & ope dæmonum subleuatus, in vrbe Roma deus decernitur, & simulacri ponitur honore, collocati inter duos pontes fluminis Tiberis, habes etiam titulum Latinis verbis, Simoni deo sancto. Sed non diu permanet, fraude diuinitus detecta.